

RECEPTARVM  
SENTENTIARVM SIVE.  
VT NVNC LOQVUNTUR.  
COMMVNIVM OPINIONVM IV.  
RECONSULTORVM VTRIUS.

QUE IURIS,  
TOMUS PRIMUS.

OPVS ABSOLVTVM ET PERFECTVM,  
ITA UT PERPAVCA DESIDERARI VIDEANTVR,

Quia omnis in dubium vocata questio, hinc resoluti possit. Omnibus  
Iuris prudentiae deditis, tam in Scholis, quam Foro ver-  
santibus, longe utilissimum.

CLARISS. ET EXCELLENTISS. IV RECON-

SVLTIS, FRANCISCO TURSANO AB INCISIA, IOAN.

Baptista Villalupio Toletano, Franciso Vittio ab Aquila Perusino, Matthaeo Gru-

baldo Mopha Chersiano, Julio Claro Alexandrino, Iacobo Philip-

po Portio Isuolense, Et Ioanne Fichardo Francotur.

+ quoniam haec auctor sit dan-

sator, hanc etiam operis suella

et in eisdem in operis eisdem anni 1660

EX SECUNDA EDITIONE, CVI NON SOLVM PLVRIMAE

obseruationes eiusdem D. Ioan. Fichardi, sub hoc signo & recente accesserunt: sed etiam LIBER

SEXTVS Conclusionum, Regularum et Com. Opinionum, Iacobi Philippo

Porty, qui tempore prime editionis nondum extebat,

additus est.

Esta conforme al segundo

año de 1660 por comisión del

Señor

CVM INDICE RERUM ET VERBORVM

copioso diligenter.



Cum Gratia & priuilegio Cesareo ad Octennium.

FRANCOFVRTI AD MOENV, ANNO  
M. D. LXXI.



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

B16/4

# REVERENDISSI- MO, SACRI ROMANI IMPERII PRINCI- PI, D.N. GEORGIO, ILLVSTRIS ORDINIS THEV-

tonici per Borussiam Administratori Generali, eiusdemque per Germa-  
niam & Italiam supremo Magistro, Domino suo clementissimo,  
Ioannes Fichardus Francofurtensis, Iureconsul-  
tus, Patriz Aduocatus atque  
Syndicus.

S. D. P.



*VVM ad calcemiam deducta recentis bu-  
itis Receptarum Sententiarum in iure tum  
Pontificio, tum Civili, operis editione, Sigis-  
mundus Feyerabend, Bibliopola celebris, a me  
summe contenderet, ne illa acephala prodiret  
in lucem, ut eam pro recepto more, insigni ali-  
cui Herot, potissimum autem Reverendiss.  
C.T. dedicarem, tum etiam nonnulla prefa-  
rer: ego quidem, et si parum ex decoro factu-  
rus mihi uiderer, si in alieenis operibus (nam ea quae ipse contuli, exigua qui-  
dem sunt) eam operam mihi sumerem, tamen cum propensum Sigismundi  
animum, quo iamdudum hanc editionem R.C.T. destinauit, intuerer, non  
potui precibus illius non morem gerere. Feci autem id eo libenter, quod  
tampridem mibi perspectum esset, quantia R.C.T. Jurisprudentia fie-  
ret, cum ante biennium hoc negotium mihi dederit, ut omnium in utroq; iure  
celebriorum Interpretum commentaria, quanta maxima possem diligentia,  
sumptibus ipsius conquererem, & compactos etiam ornatisime, ad nouam  
eius Bibliothecam transmitterem. id quod a me & antebac factum est so-  
dulo, ac etiam nunc haud minore studio, singulis mundinis nostris, procuran-  
tur. Quantam uero laudem eiusmodi R.C.T. exemplum mereatur, ut  
optimus atque prudentissimus quisque facilime intelligit, ita peruelim  
Principes omnes illud perinde imitari. Quid enim praelarius (præsertim  
in Principe) animo iustitiae dedito? quæ, ut Cicero scribit, fundamentum  
est perpetuae famæ, & commendationis, sine qua nihil est laudabile: domi-  
na item & regina omnium virtutum? Quapropter par esse, una cum Sigis-  
mundo, iudicavi, si hoc etiam uolumen Receptarum Sententiarum, sive ut  
nunc loquuntur, Communum Opinionum Iureconsultorum, reliquis illis  
antea cōparatis libris accederet, atq; adeo sub R.C.T. titulis & auspi-  
cijs in publicum quoq; exiret. Quin autem illud idem etiam omnibus in iu-  
re uersantibus, pergratum sit futurum, equidem valde spero. Quum enim  
auctores illi, qui Communis Opiniones collegerunt hactenus, & cul-  
garunt,*

CLXXXVIII.

# COMMUNES OPINIONES SIVE SENTENTIAE IV<sup>TH</sup>

RISCONSVL. PER FRANCISCVM TVR-

ZANVM AB INCISA IURISCONSULTVM

collecta ac diligenter examinata.

*Quibus adiuncta sunt CXL. Iuris regulae.*

*EPISTOLA DEDICATORIA.*

**ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSL**

*MO D. D. IACOBO PVTEO, S. R. E. CARDINALI DIGNISSIMO,*

*Patrono suo, Franciscus Turzanus cliens deditissimus S. D. P.*



V M amicorum cohortationibus inductus, Antistes religiosissime, communes aliquot sententias, quas collegi, euulgare vellem: illud faciendum fuit, ut alicui viro insigni, muneris loco dicarentur, sub eius nomine à vocalis obrectatorum tutores in publicum prodirent. Ea deliberatio neq; longa, neq; difficilis fuit: cùm tu ipse Princeps amplissime, propter singularem humanitatem, incredibilemq; beneficentiam, qua semper à te sum adiutor & ornatus, mihi temper in animo, atq; intimum sensibus hæreas: quo neq; virtute, aut dignitate præstantiorem quenquam, neq; solidis laudibus cumulatiorem, cogitare possem. Nam te omnis humani, ac diuini iuris scientia, maximarumque rerum summa cognitio, apud omnes humis memorie doctos admirabilem reddidit. Vitæ autem integritas, morumq; sanctimonia, cum divina quadam sapientia coniuncta, omniū Christianæ religionis nationum ac Principum summam tibi bencuolentiā ac venerationem conciliauit, vt omnes te aliquando ad Reip. gubernaculæ sedentē videre, votis & precibus exoptent, nec aliter cùm res ferret, amplissimi patres collegi tui lenserant, te dignum existimantes, qui Reipub. Christianæ altissimum gradum teneres, quorum suffragij, fortuna, que minus respondit, non tam eripuisse eum locum tibi videtur, quam ad meliora tempora referuas. Nomen igitur nullius apud Iurisconsultos, atque omnis generis viros eruditos magis accepti aut gratiosi, nostrum hoc opusculum præle ferre posset: quod vtinam tui nominis magnitudini aliqua ex parte responderet. Interim mei consilij certè fuerat hastibi prius legendas præbere, si forte tuo grauissimo, ac verissimo iudicio comprobarentur, sed me pudor quidam, excusandus certe, venia que dignus, deterruit: verius enim sum, humanissime Princeps, aliquid laboris imponere tibi viro omnium occupatissimo, cui laborum leuationem, animi requiem, & incolumitatem à diuino numine precari debeo: cùm videam, te maximis grauissimisq; negotijs ita semper distractum esse, vt pietas in te mea de tua valetudine me interdum subdubitare cogat. Mirum enim est, te inter tot labores & animo & corpore valere, cùm ferè omnes proceres à tuis responsis pendeant: cùm deniq; donus tua Regum & Principum nuncijs ac legationibus ita frequentetur, vt ea non solum Romanæ curia, sed totius orbis Christiani quasi oraculumquoddam esse videtur. Cùm igitur labori tuo parcendum esset: eorum iudicio (quod proximum fuit) qui tibi probatissimi sunt, vtendum censui, quibus ac alijs authoribus, quoniam res fuit ad exitum perducenda, accipe quælo. Princeps amplissime, hilari vultu (qui tuus est mos suauissimus) veteris tui clientis in unuseulū, in quo non quantum tibi debeam, cùm id sit propè infinitum, sed animum promptum & paratum, sum. manq; tibi gratificandi voluntatem agnosces, & hos nostros labores tui clarissimi & gratiosissimi nominis commendatione, ac præsidio munitos patere in doctorum manus pervenire, vt hoc ad cumulum tuorum in me innumerabilium meritorum accedit, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

A

EIVS.

IACOBI PHILIPPI  
PORTII FOROCORNELIEN-  
SIS, IVRIS CONSULTI ERUDITISSIMI  
ELOQVENTISSIMI QVE,

CONCLVSIONVM VTRIVSQVE  
IVRIS, ET REGVLARVM, CVM AMPIATIONIBVS  
(vt vocant) ac limitationibus, nec non & COMMVNIVM  
OPINIONVM Libri Quinq.

QVIBVS RECENS ACCESSIT EIVSDEM AVCTORIS  
conclusionum, & regularum, cum suis ampliationibus, & limita-  
tionibus, itemque communium opinionum,  
Liber Sextus.

EX SECUNDA EDITIONE.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.

# CONCLVSIONVM

VTRIVSQUE IVRIS ET  
REGULARVM,

CVM AMPLIATIONIBVS (SCIT VOCANT) ET LIMI-  
TATIONIBVS, NECCNON & COMMUNIVM OPINIONVM  
*Libri quinque.*

AUCTORE IACOBO PHILIPPO PORTIO

Imolensi, Iurisconsulto celeberrimo.

ILLVSTR. ET REVER.

COMITI MARCO ANTONIO TURRIANO

IVRISCONSULTO, ET ECCLESIAE VERO-  
nensis Praeposito, domino suo.

MICHAEL PORTIVS. 5.



EMPER ingrati animi crimen horru, in quo vitio, Marce Antonio Turriane, Präfus dignissime, nihil malum non in eli. Cicero memoriz prodidit. Popter, qui beneficium accepit, adeò oportere arbitror, omnia tempore meminisse, vt nulli vngui res aut ætas illius memoriam tollere vel immi- nuerre posuit. Hinc omnibus horis mihi curæ fuit, vt si qua fa- cultate aliquando valeam, gratissimum erga reanimatum meum probarem: tantisq; tuis beneficijs affectus, saltē in aliquā ex parte satisfacrem. Et cū vellem, vt lege tenebar, Ia- cobi Philippi Portij fratri, mei locubrationes nōnullas in iure Civili in publicum edere, cuius memoriam non sine acer- bissimo animi sensu & dolore mente repergo, vt enim optimus erat, qui, vt nouerant omnes, in legali philosophia veteres emulabatur Iurisconsultos, tu primus Illust. Turriane inter omnes Patronus & defensor, cui dicarem, occurristi. Debebam (fateor) hoc ipse, cūm tan- tum debere sentiam, quantum persoluere difficile sit, debebat & frater meus, si vita vine- ret, qui ad te virtute plurimū præstantem semper admiratus est, semperq; amauit, vt quem putem conferendum, habeam neminem. Et illad, vi cætera præteream, silentio non inuoluā charitatis & benevolentiz vestigium, scilicet illachrimalis p̄ gaudio, cūm re pru- denter ac doctè differentem in Collegio Patavino, toto orbe terrarum celeberrimo tot co- ram Iurisconsultis audiret, quando pro Laurea in iure Pontificio & Cesareo obtinenda in- geni, trivim, quæ summa fuit, ostendisti. Qui eo iudicio atq; memoria letissimo illo die iu- ra, & quæ etiam mirè interpretum fatigarunt genia, prorius enodasti, vt omnes in cui ad- mirationem raperentur, enim uero, sic grauiter dixisti atq; probè, eoq; ordine, splendore, ex deniq; sublimitate, nec minus politè & eleganter meditata, quam subita proferendo, ve non solidū insignibus, ac diplomate, vna sententia (vt par erat) te ornare, dignitateq; augere, ve- rum etiam laudare, & amare contigerit. Et si iucunditate obtam excellentem honoris grā- dum adeptum tunc affectus fuisti, frater meus, tuusq; præceptor letitia gestiens, animo sic exalcauit, vt totus alacer hilarisq; videretur, quem tu pari officio vnicè dilexisti, ac Docto- rem, cūm ob singularem eius eruditonem, tūm ob morum sanctitatem semper habuisti præcipuum. Cognoueras enim multa bene nata ingenia perire vitio instituentium: & non minus interest, vt est apud Plinium, quos ascueris præceptores, quād nācti sumus pa- rentes, non abre, extremum licet egerit vitæ diem, illustramen memorie non te crepit ob- liquio; cūm nulla præterea dies, quin nomen suum apud probatissimos viros extollas atq; ce- lebres. Sed esto, Clarissime Turriane, hæc (& si verissima) in causa non esse, vthosce fratrib

**EXPRESSVM FRANCOFVRTI**  
AD MOENVM, PER NICOLAVM BASSVM,  
Impensis Hieronymi Feyrabent.



Anna Petrušová

M. D. LXXXI.

